



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros
Decretalium, Tomus ...**

In Librum II. Decretalium, Per Triginta Titulos Distributum, In Quo Agitur
De Judiciis, Foro Competenti, Libelli Oblatione, Mutuis petitionibus, ...

Krimer, Ferdinand

Augustæ Vindelicorum, 1708

Articulus IX. quam probationem faciant literæ Judicis ordinarii, vel alicujus
Communitatis?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73001](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73001)

à n. 1449. Illud etiam hic addendum ex Barboſa in cit. c. per tuas, n. 3 ſimilitudinem prolis, quam quoad oris, & vultus apparentiam refert cum adultero ſuæ matris (ſi conſtet hanc ſub idem tempus Viro ſuo copulatam eſſe) non præſtare conjecturam probabilem contra juris præſumptionem de talis prolis nativitate ex matrimonio, ſeu legitimo patre; cum ſit perquam fallax, & incerta.

1520. Quarta demum quæſtio eſt, qualiter probentur *confinia*, ſeu *limites* locorum? de hoc agitur in c. *Cauſam* 13. b. t. ubi quærentibus ſuper hac materiareſpondit Honorius III. Mandamus, quatenus ſecundum diſiſiones, quæ per libros antiquos vel alio modo melius probantur, nec non teſtes, famam, & quæcunque alia adminicula hoc negotio procedatis. Ex quo ſequitur, limitum probationem rectè fieri 1. per antiquas ſcripturas; 2. per teſtes; 3. per famam, & alia adminicula: de probatione per famam diximus à n. 1446. de probatione per teſtes agetur tit. *ſequenti*. de ſcripturis. tit. 22.

ARTICULUS IX.

Quam probationem faciant literæ & Judicis ordinarii, vel alicujus Communitatis?

1521. Loquimur de Judice ordinario, non ſupremo, ſed inferiore; circa hanc quæſtionem 1. aliquid habetur in c. *poſt ceſſionem* 7. b. t. Cum enim Innocentio III. ex literis Judicis ordinarii conſtitiffet, quòd Vitus excommunicatus fuerat, quando Procuratoris officium aſſumpſit, ipſum tanquam Procuratorem in judicio recipere noluit; cauſam autem, propter quam illis literis Pontifex fidem habuit, ibidem additur: *quia iſtis credendum eſt, donec contrarium probetur*. Ex quo rectè ſequitur, fidem habendam eſſe literis Ordinarii, *debitè* (nimirum ſigillo, vel ſubſcriptione) munitis. Hinc autem quæſtio naſcitur, an ſigillum literis appoſitum, fidem, ſeu probationem faciat? ſed de his V. tit. de fide instrumentorum. Cæterum decifio, quæ habetur in dicto c. *poſt ceſſionem* (nimirum, quòd literæ Epifcopi, vel alterius Judicis ordinarii ſigillo, vel ſubſcriptione munitæ, faciunt plenam fidem etiam in præjudici-

um alterius) intelligenda venit, quando agitur de modico præjudicio, ut fuit in caſu dicti c. ſecus eſt, ubi contingerent præjudicium grave, v. g. promulgationem excommunicationis, vel caſſationem electionis &c. ſic Abbas in cit. c. *poſt ceſſionem*, n. 6. & *poſt illum Pirbing*. b. t. n. 56.

Quæſtio altera de literis Communitatis, Collegii, vel Monafterii agitur c. *Tertio* 5. b. t. Cum enim quidam Canonicus Regularis amico ſuo ſub ſigillo Conventus alienationem feciffet rerum Eccleſiæ immobilium, & hoc inſtrumentum exhibitum eſſet in judicio; Procurator Monafterii dixit, non eſſe cum Conventus conſenſu conſectum, atque ſigillum adulterinum vel furtivum eſſe, & cum ad hoc probandum introduxiſſet Fratres, qui jurati dixerunt, quotiescunque de hac alienatione mentio facta fuit, Conventum contradixiſſe; pars autem contraria adverſus hæc teſtimonia nihil probâſſet; Clemens III. reſcripſit, ſecundum dicta teſtimonia fratrum, eſſe judicandum. Ex hac decifione deducitur. 1. quòd excipiens contra inſtrumentum, in judicio productum (opponendo, ſigillum eſſe adulterinum, aut furto ſublatum) ad hoc probandum per teſtes, admitti debeat, ut colligitur ex cit. c. 7. b. t. & c. *Joannes*, 10. de fide instrument. idque non tantum exceptionem probando directe; ſed etiam indirecte, ut ſi probeat Capitulum nunquam conſenſiſſe in id, quòd continet inſtrumentum, munitum ſigillo Communitatis. Deducitur. 2. Clericos in cauſa ſuæ Eccleſiæ, vel Monachos in cauſa ſui Monafterii, poſſe teſtes eſſe; prout clarè probatur ex caſu dicti c. *Tertio*; etiam ſi deponant in ejus commodum, ſi teſtentur ſuper factò, vel non factò, ab eis collegialiter, & procedant ut perſonæ ſingulares. Eſt enim propter intereſſe ſunt aliquantum ſuſpecti, quòd membra habent cum conjunctione totius; quia tamen ea, quæ capitulariter aguntur in Capitulo, per extraneos (cum non admittantur) probari non poſſunt, neceſſariò admittendi ſunt ii, qui in Capitulo adfuerunt, ne illis negetur via deſenſionis juſtæ.

ARTI-